


troactus in angustiora spatia compellebatur atque adeò condensabatur, augeri denuò ipsius elaterium contigit, ita quidem ut ad æquilibrium aut æqualitatem virium cum externo reductus nihil porrò liquoris admitteret. Tum verò calore quantulocunque accedente, cùm aërem internum in extremos angulos coactum rarefcere & expandi in majus spatium necessum esset, virtuteque pressoriâ externum tantillo superare; liquor etiam, hoc cedente, necessariò repellebatur, & quidem cum impetu tantò majore, quò majora & subitanea magis ex intensiore calore accesserant interni aëris elaterio incrementa.

Causa 2. ac  
3. Phæn.

X. Experimenti verò tam Romani quàm Florentini causas cùm laudatus Dn. Schottus allegato loco prolixè sit persequutus, actum agere nos videri jure possemus, easdem hoc etiam loco exposituri, nisi circa Florentini cum primis rationem ab ipso datam meritò nos hæere existimarem.



Y 2

Etenim,